



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXCIII. De Latrunculis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Hartmannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.*

runt. Medio tempore quo hæc agerentur vir Deo devotus ^(a) Lestekinus Dux Cracoviensis, congregatis multis millibus virorum, ascendit in montem quendam, & ait: Quicumque formidolosus non est, ascendat ad me, ut hodie vindicemus injuriam crucifixi. Et ut breviter concludam, ipse sicut Gideon de multis militibus non nisi CCC. viros obtinuit, cum quibus certamini se dedit, & hostes de Dei misericordia, qui neminem deserit sperantem in se, viriliter est aggressus, & captivis Christianis primo liberatis, inimicos fidei percussit plagâ magnâ, sic quod de octingentis viris vix decem præsidio evaserunt.

ANIMADVERSIO.

(a) Matt. Strykowski ossoslevicius legit Lescelinus, & dicit esse Lescum Nigrum, Principem Poloniae.

CAP. CXCI.

De

Destructione territorii Sudoviæ

Meruniske.

FRater Conradus Magister semper sollicitus circa destructionem infidelium, congregatâ magnâ potentia, exercitus equitum & peditum, intravit Sudoviæ territorium dictum Meruniskam, cum equitibus, aliis relictis ante introitum terræ prædictæ, & occidit dominos hujus territorii famosos XVIII. De alio populo promiscui sexus interfecit sexcentos & captivavit, & dictum territorium vastavit per incendium & rapinam.

CAP. CXCV.

De

Latrunculis.

Mira

Hartmannus G. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.

Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.

Mira & insolita gesta sunt per latrunculos Christianos, scilicet per Martinum de Golin, Conradum dictum Dyvvel, & quendam dictum Stovemel, & Kudare de Sudovvia, & Nakam de Pogefania, & plures alios, quæ nullus posset ad plenum perorare. Iste Martinus cum IV. viris Teutonicis, & XI. Pruthenis quandam villam in terra Sudovviæ expugnavit captis hominibus & occisis. Et cum longè in reditu pervenisset ad talem locum, ubi omni timore postposito sedens in mensa cum Sociis suis refectionem sumeret post laborem, irruerunt repentè in eum hostes, & occisis IV. Sociis ejus Teutonicis, alii evaserunt, relictis ibi omnibus, quæ de armis & victualibus habebant. Hoc facto Sudovvitæ gavisi sunt valdè: Martinus autem turbatus circumvit, & quia omnia arma fuerant eis ablata, ipse secretè dormientibus hostibus successivè furatus fuit eis clypeos, gladios & lanceas, quibus habitis accessit cum suis occultè, & omnes in stratu suo occidit, præter unum, quem Martinus præoccupans iram, qua effugere voluit, interfecit, sicque cum Spolio primo & distorum infidelium armis & rebus aliis est reversus.

CAP. CXCIV.

Ad Idem.

Idem Martinus & pauci alii iterum intraverunt terræ Sudovviæ quandam villam, & in crepusculo cum aliqui essent in balneo, alii in cœna, reliqui in diversis officiis, invaserunt eos, & occiderunt eos omnes. Martinus autem X. viros in balneo interfecit, sicque equos & pecudes & cætera cum mulieribus & parvulis deduxerunt.

Mm 3

CAP.